Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

inimicis meis dilectis tribulationibus meis visitasti me domine et suppliciter tam inimicorum meorum quam eterne desiderium tui amor et salutem meam fecisti et dexteram tuam

Secreta. Hec munera quesumus domine quesumus oculis tue maiestatis offerimus salutaria nobis esse concede. Per

Co. Tu mandasti mandata tua custodire nimis vehementer utinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Co. Tua nos domine medicinalis operatio a noxiis perversitatibus clementer expediat. et tuis faciat semper inherere mandatis. Per. Feria iiii.

Fratres state et tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster ihesus xpus et pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem eternam et spem bonam in gratia exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono. Deceterum fratres orate pro nobis ut sermo domini currat et clarificetur sicut et apud vos. et ut liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est qui confirmabit uos et custodiet a malo. Confidimus autem de uobis in domino quoniam que precipimus uobis et facitis et facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in caritate dei et patientia xpi. S.

In illo tempore accesserunt ad eum discipuli dicentes. Edisserere nobis parabolam zizanii agri. Qui respondens ait. Qui seminat bonum semen est filius hominis. ager autem est mundus. Bonum autem semen hi sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam. Inimicus autem qui seminauit ea est diabolus. Messis autem consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligunt zizania et igni comburuntur sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui facium iniquitatem et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. F. vi.

In illo tempore interrogauerunt Matheum ihesum a discipulis suis de consummatione seculi. Dixit eis. Cum uideritis abhominationem desolationis que dicta est a danie